HIERONYMUS. PAULINUS NOLANUS. IUSTUS URGELLENSIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. (Bl. 1-48 und 120-135) und 10. Jh. Seite 62r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



cura sollicitet & omnia quae putantur bona
mors extrema precedat habent enim & mari
tate ordinem suum honorabiles nuptias & cubile
inmaculatum sed ut intellegeris tibi exeunti
de sodoma dum est loth uxoris exemplum. nulla
in hoc libello adulatio adulator quippe blandus
inimicus est nulla erit retorici pompa sermonis
quae te iam int angelos statuat & beatitudinem
uirginitatis exposita mundum subiciat pedib;
tuis. Nolo tibi uenire superbia deposito sed timore
onusta incedis auro latro uitandus est stadium
est haec uita mortalib; hic contendimus. & alibi
coronemur nemo int serpentes & scorpiones
securus ingreditur inebriatus est inquid dns
gladius meus in caelo & tu pacem arbitraris
int ram quae tribulos generat & spinas quam
serpens comedit non est nobis conluctatio ad
uersus carnem & sanguinem sed aduersus po
testates & principatus huius mundi & harum
tenebrarum aduersus spiritalia nequitia
in caelestib; magnis inimicorum circumdamur
agminibus hostium plena sunt omnia caro fragilis
& cinis futura post modicum pugnat solacium